

Heinrich Rahn


**Henricus Rahne/ I. D. Prof. & p. t. Decanus, aequae ac tota Facultas Iuridica
Universitatis Rostochiensis ad Dn. Bernardi Faulii Disputationem Inauguralem,
die 5. instantis mensis Septemb. habendam ... invitant**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747347182>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de criminibus publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
 37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
 38. Rahne de successione conjugum.
 39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium, atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
 40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
 41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
 42. Schütz de investitura.
 43. Ströck de jure testandi inter liberos.
 44. Ströck de pactis successoria, eorumque iustitia.
 45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.
 46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
 47. Sibrand de valore juramenti actui adpositi.
 48. Sibrand de intercessione mulieris pro marito.
 49. Redeker de tortura prohibenda.
 50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
 51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
 52. Leifer de responsis prudentium.
 53. Novicus de fictione.
 54. Radov. de archivis.
 55. Pomerech de auctoritate juris.
 56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
 57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.
 58. Schleenstein de affinitate.
 59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
 60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
 61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
 62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.
 63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
 64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
 65. Heier de primo cautionis gradu.
 66. Rahne de incorporatione.
 67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
 68. Redeker de quaestoribus.
 69. Woldenberg de abactu sive abigenti.
 70. Lambert de misfollareis juris controversiis et appellationibus.
 71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
 72. Aichel Theser juris controversi.

84
HENRICUS

Rabner, J. D. Prof. &

p. t. **DECANUS**,

equè ac

*tota Facultas Juridica Universitatis
Rostochiensis*

ad

DN. BERNHARDI FAVLII

DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

die 5. instantis mensis Septemb.

habendam,

Magnificum Dn. Rectorem, Do-

minos Professores, nec non omnes & sin-

gulos Cives Academicos eâ, quâ par est,

humanitate & diligentia

invitant.



ROSTOCHII,

Typis **NICOLAI KILII**, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLIV.



Agnifice Dn. Rector, Dni.
 Professores, Cives Academici ho-
 noratissimi, vestrum in conspe-
 ctum iterū producimus, & ad exa-
 men publicum sistimus Candidatum Juris, cui
 nomen est BERNHARDUS FAULIUS,
 patria Rostochium, ipsa, in qua vivimus, civitas,
 civitas olim præclara & pulchra, jam exhausta,
 & miseris mirisq; modis lacerata. Faxit autem
 DEUS, qui res penitus desperatas restaurare
 suæ virtutis magnitudine potest, ut pristino tan-
 dem vigori restituatur, ac tuta studiis nostris
 præstet alcyonia. Ab hoc quidem voto statim
 possemus ad scopum nostrum transire, & quid
 velimus, paucis exponere: sed remoram facit
 injuria temporum, quæ sanè ejusmodi sunt, ut
 meritò cum illo exclamemus: ô Domine, in quæ
 nos reservasti tempora! Jam

*Neglecta terras fugit, & mores feros,
 Hominum cruentâ cede pollutas manus
 Astræa virgo, siderum magnum decus,
 Cupido bellis crevis, atq; auri fames
 Totum per orbem maximum exortum est malum.
 Collecta vicia per tot ætates diu
 In nos redundant, seculo premimur gravi.*

Inpri-

In primis verò literatorum cætus materiam con-
querendi hodiè habet: cum, nescimus, quâ ca-
lignè hominum animis offusâ omnes propemo-
dum bonæ artes oppressæ, & sepultæ jaceant.
Maxima pars mortalium, virtuti bonisq; arti-
bus modò bellum quasi indixit, & simulato con-
temptu, vel ingenij tarditatem, vel segnitiam
suam regit. Omnes militiâ sagatâ inclarescere
satagunt; togatam pauci curant. Quilibet de ijs,
quos sibi fingit hostes, triumphare laborat, de
barbarie & injustitia, quæ hostes sunt publicæ uti-
litas acerrimæ ac perniciosissimæ, nullus. Signa
sequimur Martis; insignia Minervæ fugimus, Gra-
men castrense quærimus, Lauream spernimus
Academicam ignari, quod hæc illo sit longè no-
biliores, & diuturniores. Pacem nunc negligunt
quam plurimi, ut gloriam adipiscantur, eoq; ipso
sæpè vitam, famam, & gloriam perdunt perpe-
tuò inglorij. Discere debebant isti belli amato-
res à literatis, quod sit

Pax optima rerum

*Quas homini novisse datum est, pax una triumphū
innumeris potior.*

Considerare, aut scire oportebat strenuos illos
homines, si homines vocandi sunt, qui literas i-
gnorant, & contemnunt, plus prodesse sapien-
tium consilia, quam militum arma. Securius cer-
tè Romani credebant Remp. Lucullo, viro eru-
dito,

A 2

dito, quam C. Mario rudi. Hic enim commissa
erat gubernatio cæcæ fortunæ, ibi prudentiæ un-
diq; oculatæ. Tum demum, inquit Plato, fore
beatas respublicas, si aut docti ac sapientes eas
regere cæpissent; aut qui regerent, omne suum
studium in doctrina ac sapientia collocassent.
Hinc jam dicti Romani, cū Imperator aliquando
quæreretur, acclamarunt: quis melius, quam li-
teratus imperat? Benè hoc intelligebat Carolus,
verè Magnus à rebus gestis appellatus, sub cujus
auspiciis & Rhenus & Ister artium humanarum
studiis, atq; doctrinæ cælestis agnitione florere
cepit. Laudatissimus hic Imp. non tantum opti-
marum disciplinarum gymnasia hinc inde con-
stituit, & præceptores ex longè diffitis locis voca-
vit: sed etiam cum suis, tum suorum principum,
comitum, magnatumq; liberos in novis illis arti-
um officinis informari voluit, immò seriis man-
datis iussit. In Academia Parisiensi, à se fundata,
publicâ aliquando voce testatus est, se neminem
neq; consiliariorum loco recepturū, neq; ulli vel
præfecturæ vel curiæ functionem assignaturum,
neq; Episcopalem dignitatem ulli concessurum,
qui nobilitatem generis nobilitate animi, & sci-
entiarum gloriâ ornatam non reddidisset. Neq;
minori amore literas & literatos complexus est
Imp. Carolus IV. à quo ejusq; signo aureo nomen
accepit


accepit lex Imperij Aurea Bulla. Præterquam enim quod Regiam Scholam Pragæ erexit, viros doctos audiendo sæpè integros dies, teste historiâ, consumpsit. In Academia Pragensi quodam die quatuor integras horas Magistrorum disputationes auscultavit, & cum Purpurati id molestè ferrent, tempusq; prandij jamdudum præteriisse inclamarent, respondit: Mihi prandendi tempus nondum est, vos prandete: prandium mihi hæc est disputatio, quæ mihi magis sapit, quam nectar, aut ambrosia. Quod si vellemus in hanc rem plura citare exempla, magnum nobis historici suppeditarent catalogum Imp. & Principum, cum Ethnicorum, tum Christianorum, qui singulari amore & honore doctos sunt persecuti. Satis sit hac vice dixisse pestilens esse illud Licinij Imp. symbolum: Pestes Reip. literæ. Quamvis autem multi Licinianæ hujus opinionis vanitatem & falsitatem animadvertant: attamen innato quodam & occulto odio adversus humanitatem incitati, cum veteribus Gothis existimant, hoc Martiali seculo inter enses ac tormenta literas non esse addiscendas; neq; exercenda amplius artium ingenuarum studia. Et licet hunc quoq; errorem agnoscere illos doceat experientia, stultorum magistra: fastidiunt tamen eruditorum titulos, quos gradus honoris voca-


mus, & dignitates scholasticas, easq; pro ridiculo & delectamento habent. Quasi verò non ex eodem fonte promanarent nobilitas togata & armata. Quasi Imp. solum ob devictos hostes & virtutem bellicam, rectè cultam, tribueret clypeos coloratos & galeas apertas; neq; ob superata vitia & incitiam prostratam daret pileum purpureum, atq; anulum aureum. Augustus Imp. Rom. qui sine dubio fortitudinis præmia strenuè militantibus concedere potuit, dedit etiam Jctis publicè de jure respondendi potestatem, & auctoritatem. Et Julianus sanxit, ut qui docere velit, non repente nec temerè ad munus profiliat, sed judicio ordinis & optimorum consensu probetur. Ad quod probationis genus difficilius interdum pervenire licet, quam ad equestrem dignitatem. Neq; minori labore acquiritur scientiæ laurus, quam palma victoriæ. Hanc enim fors plerunq; aut casus parit, illam conferunt eruditorum suffragia. Id quod Sigismundus Imp. gravissimo suo judicio confirmavit. Usus est ille Jcto quodam, cui nomen fuit Georgio Fiscello, quem & equestri dignitate ornaverat. Hic unà cum Domino suo ad Concilium Basiliense profectus, cum aliquamdiu dubitasset, utrum Doctorum, an verò Equitum collegio sese aggregaret, tandem cum nobilibus, ut honoratioribus, confedit. Imp. ibi hominem conspicatus: O te stultum, ait, qui sive milites, sive nobiles doctis præferendos censes. Mihi quidem è gregariis militibus vel mille nobiles, & equites uno die creare facile est: verum vel mille annis unum non fecero Doctorem. Quo autem tempore certi honorum gradus, promotionum ordo, ac distincta nomina literatorum introducta sint, cum, olim omnium disciplinarum præceptores fuisse appellatos Magistros, doceat


doceat Paulus } Ctus in l. 57. de V. sig. non fatis inter Au-
ctores convenit. Alij adscribunt ætati Lotharij Saxo-
nis Imp. qui Romanarum legum auctoritatem quasi post-
liminio restituit; alij præcedentibus seculis id tribuunt.
Sit ut sit, hoc compertum habemus, apud antiquos in
magno honore semper esse habitos titulos Academicos;
adeò, ut principum & nobilium virorum complures eos
assumere non erubuerint. Siquidem didicerant, unum
ornamentum alterum non obscurare, sed illustrare. Præ-
mium eruditionis non maculare generis antiquitatem,
nobilitatisq; gloriã, sed quam maximè condecorare.
Artes cum Marte benè conjungi, & Palladis clypeum
in præliis, Themidisq; tabulas in castris permultum va-
lere. Videbant hoc Imp. qui, quod relatum est in le-
ges nostri Imperij, æquali loco & ordine cum nobilibus
collocarunt; Doctores, eundemq; & illis & his vestitum
ac ornatum concesserunt. Non nolumus mentionem
facere hîc Caroli V. Imp. gloriosissimi. Hic cum Bo-
noniæ coronaretur à Pontifice Clemente VII. illius
Academiæ Professores insignibus & privilegiis Equi-
tum Comitumq; perpetuò honoravit. Certò igitur
& hoc constat, dignitate scholasticâ potiri, non mi-
nus esse decorum, minusvè honestum, quam nobili-
tatis ordinis chlamydem, aut equitis aurati calcaria in-
duere. Et quid quæsumus, est aliud doctoralis titulus,
aliusvè ordinis literarij gradus, quam consentiens quæ-
dam laus bonorum, & incorrupta vox judicantium de
insigni virtute? quam eruditionis testimonium publi-
cum? quam deniq; laboris ac studij indefessi præmium?
Quod si autem honor est, si testimonium vitæ probè
actæ, si præmium est honestum, meritò in bonis nume-
ratur,


→ 0 ratur, & à quovis ingenuo ac digno sine culpa appetitur. Negligere enim quid de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed omnino etiã dissoluti. Inde laudem meretur honoris desiderium, & testationis incorruptæ appetitus. Hæc & ejus generis alia, BERNHARDUM FAULIUM incitarunt, ut à nostra Facultate Doctrinæ gradum in jure tam Canonico, quam Civili peteret & ambiret. Nos Viri probi, docti, & ingenui petitis honestis deesse nec potuimus, nec volumus; memores, vel malitiæ vel invidiæ esse bonos conatus reprimere. Admissimus eum ad primū, quod privatim subeundum erat, examen, in quo talis est inventus, ut à secundo, quod publice fieri solet, prohiberi jure meritoq; nequeat. Materiã hujus probationis dabit ipse Disputationem DE INCORPORATIONE. Vestrum erit Mag. Dn. Rector, Dni. Professores, & Cives Academici, eum benignè audire, explorare, & informare. Quod si feceritis, vosq; amicos in hoc officiorum beneficiorumq; genere exhibueritis, Dn. Candidatum ubiq; locorum gratum vestriq; observantem cognoscetis. Nos quoq; enitemur, ut vos de nobis optimè meritos latemini. Restat nunc, ut quemadmodū voto cæpimus, ita voto concludamus. Precamur itaq; à Domino dominantium Germaniæ nostræ, & universo Christiano orbi, præsertim verò huic Provinciæ Megapolitanæ, omnem felicitatem, sana consilia, concordiam, & quæ cuncta in se complectitur bona, pacem pacem justam, pacem piam, pacem tranquillam, pacem securam, pacem diuturnam. P. P. Rostochl sub sigillo Facultatis Juridicæ, die 25. Aug.


Anno clō Ibc XLIV,











burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.


III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentium administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his qui tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj tantum locum habet, non autem in dignitate co Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

the scale towards document



1. &
t aut
con
Com
r ihu
ren/
rum
pari
uis re
e au
ma
orum
qui
male
s do
utem
quod
m ce
num
verit
icun
c. 26.
Jure
ven-
ivatis
l. ob
otest
Jure
fer-
bejis
proc.
VII.